

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Jakob Pasor

**Elementum Aquae Quod Annuente Deo Ex autoritate Magnifici ICtorum Ordinis In  
inlyta Universitate Marburgensi Publice Dnn. eiusdem Proceribus examinandum  
: Pro Licentia Summos in utroq[ue] Iure Honores, Dignitates ac Privilegia  
Doctoralia rite capessendi**

Marburgi Cattorum: Schadewitzius, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786435100>

Druck    Freier  Zugang





N.N.—Z(78.)

1. Philippi de delegatione.
2. Carpzow de jure fisci circa bona ob defraudatum falsa professione censum in commissum cadentia.
3. Carpzow de restitutione in integrum minorum.
4. Schwenkendorfer ius noctis.
5. Idem de jure circa pecudes.
6. Idem de jurisdictione feudali dominica.
7. Idem de exceptione.
8. Bastineller de denunciatione civili, canonica et evangelica.
9. Nicolai de jure terminorum et finium.
10. Reinmann de retrovendendo pactum.
11. Leickherr de eo quod intereat.
12. Geiger de eo quod justum est circa redemtionem annui redditus.
13. Peator de usurpationibus.
14. Linssen de juri Justinianei receptione et auctoritate in Germania.  
P. I. et 2.
15. Gottschalck de matrimonio illicito.
16. Wippermann de commentariensisibus.
18. Pfeffel de fructibus.
19. Gerder de mutuo civitatum.
20. Friedlieb de jure revocandi feuda sine consensu quorum interest alienat.
21. Pajor. elementum aquae.
22. Kleinshmidt de beneficiis inventarii.
23. Woltermann de constitutionibus principum.
24. Hoetermann de nequitia advocatorum
25. de receptu rerum. Treher.
26. Frommann de facta seu quasi traditione.
27. Stendorf de officio judicis.
28. Breitsprach de protractione et abbreviatione litis.
29. Rachel de justitia universali.
30. Idem de jurisprudentia.
31. Falckner iura conviviorum.
32. Idem de sul et obreptione.

33. Martini de antichresi.
34. Weddersopp de moratoria praescriptione.
35. Struv de dedicatione templorum et altarium.
36. Fincke de iudicio penitorum.
37. Mühlpfort de aestimatione in genere et in specie de justa.
38. Straus de privatione legitima.
39. Leidener de jure cursum publicorum.
40. Naevius de gerada Saxonica.
41. Schulz de aenealogistis.
42. Petri Müller de constituto possefforio.
43. A. Beier de reciproco conventionali. Vom Maßnahmen.
44. Reigher de intervallo ejusq; iuribus.
45. G. Engelbrecht de culpa.
46. P. Müller de securitate metuentium.
47. Rhadius de dubitante.
48. Schulzen de commodo propter tertium.
49. Schulzen de conditione jurisjurandi.
50. Schubart de ludis equestribus. Turiuino.

22

# Elementum AQUÆ

*Quod*

Annuente DEO

*Ex autoritate Magnifici JČtorum*

*Ordinis*

In inclyta Vniversitate MARBURGENSI

Publicè DNN. ejusdem Proceribus

examinandum

*Pro Licentiâ*

Summos in utroq; Jure Honores, Dignitates ac Privilegia

Doctoralia ritè capessendi

*Exhibit*

JOHANNES JACOBUS PASOR,

Herbornā Nassovius.

Ad diem Februarii A.O.R. M. DC. LXXX.



*MARBURGI CATTORUM.*

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typ.

233

Elementum Aene  
Annuncio DEO  
Exaudiatur Miserere eorum  
DEO  
Patriæ  
&  
AMICIS.

JOHANNES LACOBUS PASCHALIS  
Hec potius Nostri  
A.D. 1717.



Tibi SALOMONIS SCHYDENSII Vetus Lib.  
REGIS LIBRARY GULLODIA.



## P R A E F A T I O.

Vàm necessarius sit aquæ usus nobilis  
simi istius elementi quod potum omni  
animanti tribuit, quo homines, pisces,  
fruges, arbores & omnes herbæ nutri-  
untur, sine quo nemo vitam sustenta-  
re potest, à primordio hujus disput: latè diducere  
supervacuum videtur: nemo dico hominum est,  
qui asserere audeat se hujus elementi usu posse care-  
re: à Romanis ideo cui aquâ & igni interdictum  
§. 2. *Inst. de Capit. dimin. l. 2. ff. de publ. Iud.* is ex ci-  
vili hominum societate quasi relegabatur, quia  
istius rei ei eripiebatur usus, quo carere vita huma-  
na non potest; duæ hæ res *Aqua & ignis* humanam  
vitam maximè cùm contineant, quare coactus fuit  
talis re & veritate illicò ire in exilium. *Hæc sunt ali-*  
*menta, ait, Seneca Epist. 118. quibus hic mundus ad-*  
*ministratur Aqua, terra, Spiritus.* Romanis priscis  
temporibus nefas videbatur, homines quamvis  
malos suppicio capitis afficere, attamen cùm vel-  
lent civilem societatem à malis hominibus purga-

A 2 tam

tam esse, hunc modum pœnæ invenerunt, quo facinorosos interdicto usu ignis & aquæ multabant: quod perinde habebatur, ac si morte & exilio essent multitati. Persæ devicti & subjugum redacti in signum subjectionis perfectæ aquam & terram non tantum viatori dederunt, sed & moris apud eos fuit magna insolentia & non toleranda, ab hostibus suis cùm vellent absolutam deditioñem petere, postulare aquam & ignem, sub quibus duabus rebus comprehenduntur omnia ad vitam humanam maximè necessaria. *Curt. lib. 3. Histor. cap. 3.* Ab iis gentibus illata Græcia bella, Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam, terramq; postulantium. Ob hanc causam Lacedæmonii Legatum in putoñum detrucebant & terra insuper injecta jubebant Xerxi referre, consequeturum se quod petierat terram & aquam. *Polyb. lib. 9 c. 22.* vide quæ de hoc more notavit. *Clariss. Brisson. lib. 3. formul.*

## §. I.

*A*qua dicta Festo, quasi à quâ juvamur, vivimus, sumus: ut enim voluit Thules, omnium rerum principium est. Alii ex aqua trisyllabon faciunt, ac si esset quasi aqua: ut *relicus* dicitur pro *reliquis*: & hoc deducunt ab *aqua*, quoderit ab *anno* & *vix.* Varro ab *aquitate* deducit, id est, planicie. Angelus Cuninius deducit à Dorico *alio*, quod *æquum* ac *leve* notat. Petrus Numerius ab *ex* quod est *vix* -

*ὑγρότης λεπτή*. humor tenuis. *Iulius Scaliger* veteribus Græcis aquam dictam putat & ἥχα, unde ἀχελῷ ab ἥχᾳ & λεπτῇ αλέσιν, quasi aquæ lavacrum. Acheloum ideo veteres pro quavis aqua dixerunt:

*Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.*

Alii volunt nec in Latio nec in Græcia aquæ vocem habere originem, quod etiam placuit *Magnus Vossius in Etymologico lingua Latina*. Ab aqua venit aquagium quod est aquæductus seu ὑδραγώγιον quando aqua agitur ex quovis loco in castellum, ut in distincta inde loca certâ mensura effluat. *Frontinus de aqueductu*. Hinc derivandi *Aquileges*, *Columella* dicti lib. 2. c. 2. aquarum indagatores vel etiam dicti *Aquili-ces*, qui in siccitatibus in procuratione rei divinæ aquas cælo elicerent: unde & sacrificium illud quod pro impetrando imbris fiebat *aqualicium* dictum. *Tertullianus apologeticus l. 40. aqualicia Iovi immolatis nudipedalia populo denuntiatis*. Physici nonnulli elementum Aquæ ita definiunt quod sit elementum humidum & fluidum, inter aerem & terram collocatum, usus sit domicilium piscium, aliisque corporibus usum præbeat. *Timpler. in Apsii chol. lib. 3. c. 2.* Peripatetici aquam frigidissimam dicunt, quod sensibus & sanæ rationi videtur repugnare, cum glacies ipsa sit multò frigidior, quare in summo ideo frigus aquæ competere non potest. Nos, quæ de aquâ disputantur, relinquimus Philosophis & Juridicè disputaturi eam non secundum suam naturam & accuratè, prout consideratur in statu suo naturali sed vulgariter tantum & quatenus est in statu suo præternaturali hinc consideramus, & tunc nil aliud intelligimus per eam, quam illud fluidum & humidum quod omnes vulgo aquam vocamus.

Aquam dividimus in *Pluviatilem, Fontanam, Fluviatilem & Marinam.*

Pluviatilem aquam esse profluentem de qua in §. I. Inst. d. R. D. mentio fit, vult *Accurſus*: at huic interpretationi verbum ipsum profluens repugnare videtur. Pluvia enim aqua non semper fluit sed certis etiam locis recepta continetur. Anton. Matthaus in d. §. I. Inst. de Rer. div.; Brunn: ad eundem §. I. Inst. d. t. *Aqua pluvialis*, das wilde Regenwasſer / est quæ de cælo cadit et imbre excrescit, pr. l. l. ff. de aquapluv. are: Cujac. 27. obf. 24. Hæc uti aliquibus est ne cef- faria vel non, ita aquibusdam affolet servari vel amoveri seu arceri. Servatur iis in locis plerumq; in cisternis, ubi aquæ vivæ & perpetuæ vel dulcis est defectus, quare eam colligere & perrivulos etiam deducere cuilibet licitum, modo non sit Aqua spurca ac foeti da vid: Berocus vol: 3. cons: 143. Servitutem derivandi pluviam aquam per aream alterius qui habet, eum aquam foetidam effundere non debere putamus: qui aquæ ductus servitutem habet, facere potest rivum in fundo serviente per quem aquam ducat ad prædium dominans, non vero potest eam ducere per lapidem manuistratum, quia ita incommodum & nocumentum af- feretur alteri de quo aquæ ductu vide apud Dd. Cisternas qui habet, in quibus Aqua pluvia servatur, eas reficere ne quis impediatur competit utile sine vitio utenti & sine da- mno reficienti interdictum de fonte: modò insuper cau- tionem præstet, se hoc absq; damno domini facturum. Brunn: ad tit. ff. de fonte. Dn. Struv. Exerc. 45. lib. 145:

*Amoveri* solet Aqua hæc pluvialis vel à prædio Vr- bano

7

bano vel *Rustico*. Ex hoc si ista Aqua opere privatā autoritate facto arceatur & alteris sit nocitura seu in fundo vicini damnum exinde metuantur. *Actio aqua pluvia locum habebit* per I. l. § 22. & l. 14. §: 2 ff. de *Aqua pluv. arc.* non autem si ex loci naturā, cūm naturaliter hæc servitus agris in esse intelligitur ut agro superiori inferior serviat ad aquam excipiendo. *l. 1. §. 22. d. 1.* damnum enim inde contingens cum alio commodo à superiore compensatur, quod ejus pinguedo terræ ad inferiorem decurrat. *d.l. 1. § 22.* *Actio prædicta ob præstationes scil. damni personales est personalis* *l. 6. § 5. d. 1.* attamen quia rei possessorem sequitur est quoq; in rem scripta. *Donell. lib. 15. cap. 15. in fin. & ibi Hillig. l. 1.* & datur Domino prædii, cui ex opere damnum imminet *d. l. 6. §. 4.* ejusq; heredibus *l. 22. pr. d. 1.* adversus dominum ejus loci ex quo damnum timetur *l. 4. § 2. & 5. d. 1.* ad hoc ut opus restituatur h. e. tollatur & destruatur *d. l. 6. §. 6. l. 7. l. 22. §. 1. d. 1.* & quidem suis impensis si opus fecit, si verò in nulla culpa impensis actoris *l. 11. §. 2. d. 1. Zæf. ad h. 1. n. 9.* Cessat hæc actio si servitus imposita sit fundo ut excipere debeat aquam pluviam *l. 2. §. ult. eod.* Si opus factum sit frugum & fructuum percipiendorum causa *l. 1. §. 3. & l. 7. eod.* Si opus factum sit patiente vicino : *l. 19. eod.* Si memoriam hominum vetustas operis excedat. *l. 2. §. 3. b. 1.* aut opus publicā authoritate sit factum. *vid. Excell. Struv. in Syntag. jur. civil. Ex. 39. th: 33.* Et *Celeberr. p. m. Ictorum cognatum meum Charissimum olim Johan. Jacob. Wissenb. in disp. suis ad pand. part. poster. disp. 15. tit: de aqua & aqua pl. arc. act. num. 19.*

#### Th. IV.

Ex prædio Urbano nisi servitus stillicidii vel fluminis sit constituta, nequit aliter aqua pluvia averti, quam ut juxta

ta proprium te<sup>c</sup>tum per plumbeos canales aut aliter in plateam publicam derivetur. Vicini enim domus vel arca regulariter esse libera pr<sup>a</sup>esumitur. arg. l. 9. C. de servit. & aquâ. & hinc nemini licitum est stillicidium vel te<sup>c</sup>tum suorum ædificiorum in aream aut fundum alienum extendere, nisi servitus pactionibus constituta sit. §. 1. 4. Inst. de S. P. l. 2. ff. de S. V. P. quare Domino prædi<sup>i</sup> libertate naturali adhuc fruentis si in illa turbetur, competit Actio negotoria, quâ contra eum, qui servitutem sibi esse constitutam in ipsius re prætendit, ut res libera declaretur intendere potest. l. 1. §. Cassius 19. ff. de Ag. pluv. are. Et contra ei qui se fundat in Jure singulari e. gr. servitute stillicidii vel fluminis constituta competit actio confessoria contra quemvis impedientem vel istam detinentem, ut declaretur servitutem ad se pertinere ac proinde liberum istius usum ipsi permittendum. tot. tit. Si servit. vind. §. 2. Inst. de Action. Carpz. lib. I. resp. 69. & 70.

## Th. V.

Servitus stillicidii Germ. Tachtrauff-Gerechtigkeit/  
Trauffwasser-Recht/ est jus in aream tuam ex meo derivandi pluviam vel ex tuo in meam aream excipiendi. §. 1. Inst. de servit. hinc est hæc servitus: altera affirmativa seu stillicidii avertendi seu derivandi in te<sup>c</sup>tum vel aream vicini, in qua vicinus pati tenetur, ut aqua pluvialis ex te<sup>c</sup>to meo stillatim in aream ejus decidat, quæ iis in locis valde utilis est servitus, ubi aquarum est inopia, qualis in Ægypto esse prohibetur. Altera stillicidii non avertendi seu stillicidii non recipiendi: aqua enim quam recipit vicinus ex vicini te<sup>c</sup>to aut emolumento est ipsi aut oneri: priori casu constituitur servitus non avertendi, aut non recipiendi, quâ vicinus aquam

aquam non potest evertere adeoq; non recipere, in hunc finem ut in vicini cisternam vel hortum fluat: posteriori casu constituitur servitus *stillicidii recipiendi*, scil. respectu prædii servientis, aut *avertendi* respectu prædii dominantis, quā guttas è tecto stillatim cadentes è nostro tecto vicinus suscipere cogitur in suo tecto vel area l. 2. l. 20. §. 2. & seqq. l. 17. §. 3. l. 2. eod. Hæc servitus realis revivisicit seu pristina iterum deberi incipit si ædificium ex quo stillicidium debebatur collapsum, sit iterum restitutum, nam hoc ædificium extructum & restitutum pro eodem habetur. Ad quæstionem illam *an is, qui stillicidium recipere tenetur possit in eo loco ædificare?* facilis responsio est, quod non, quoniam faceret contra servitutem. Nemo propriâ autoritate servitutem potest deteriorem reddere per l. 20. §. 4. & 5. ff. d. S. R. V. quamvis meliorem possit facere. *Gail.lib. 2. obs. 67. n. 6.* exemplo stillicidii, quod elevari potest. *Dann je höher der Tropfe fällt, je mehr vom Wind zertheilet wird* proverbio dicitur; non verò deprimi vel produci, quia hoc casu durior, illo verò levior fit conditio fundi servientis. *Menoch. Conf. 1237. n. 31.* Si quis habet servitutem in alterius fundo altius non tollendi & insimul servitutem stillicidii, si illam remisit, non tamen hanc remisisse colligitur. Nam quando unum remissum non statim alterum esse remissum videtur. *Guido Papa dec. 38.* Debet autem tali modo altius ædificare ut stillicidii servitus dominantis sit salva. vid. *Cujac. ad l. 21. ff. de S. V. P.* Ab hac servitute differt servitus fluminis, nam stillicidium complectitur aquam guttam labentem d. l. 20. §. 5. Servitus verò fluminis est, quando vicinus cogitur pati ut aqua pluvialis collecta per tubos & canales se effundat. l. 1. §. 1. ff. de S. V. P. quæ duplex est ut servitus stillicidii: vel avertendi

B

seu

seu recipiendi vel non avertendi seu non recipiendi; haec quando vicino non licet flumen ex suis ædibus veniens à nostro avertere prædio, utpote cum vicino tale flumen profit ad irrigandos agros vel alios usus v. c. pavimenti proluendi causa. vid. L. foramen, 28. ff. de S. P. V

## VI.

Post aquam pluvialem considerandia hic venit *Aqua Fontana* quæ à fontibus ita dicta, apud quos quando urbes in Germania coeptæ sunt ædificari & contra vim hostium muniri multæ civitates conditæ & vallis, mœnibusq; cinctæ sunt. Veteres citca fontes domus suas constituisse probat Celeberrimus rerum Germanicarum scriptor Tacitus in libello in quo investigantur, nostræ Gentis aborigines: *Cotunt*, inquit, *discreci ac separati*, ut fons, ut campus ut nemus placuit: Comprobant hoc quoque crebræ illæ locorum appellations à bac ut *Burgbach* / *Sulzbach* / *Steinbach*. à brun ut *Heilbrun* / *Königbrun* / *Tieffenbrun* / à Born ut *Herborn* / patria mea charissima, *Baderborn* / *Schwarzbach*. Huc pertinet occasio ædificandi in Gallia arcis *Fontainebleau* de qua vid. *Oldenburg*, in *Itiner. jurid. p. m. 203*. Est autem fons vel saliens vel putealis, uterq; publicus vel privatus. Illius salientis Aqua de terra manat. Putealis vero Aqua in alto & profundo est: hinc est quod servitus Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus in fonte puteali tantum constituï possit, secus in in saliente in in qua servitus aquæ ductus etiam locum habere potest. l. l. §. 1. ff. de fonte, vid: *Wissenbach. ad ff. iii. de fonte. Aquæ haustus* enim Germ. *Wasserschöpfungsrecht* est jus aquam hauriendi fistulis urnis, vel urceis ex puteo, fonte vel flumine privato vicini ad prædiū vel illorum qui in

in eo versantur usum l. 5. §. 1. l. 9. iuff. de S. R. P. In flumine publico nunquam constitui potest hæc servitus , quia est aqua publici juris & usus , quare aquam ex eo haurio absque ulla etiam servitute. l. estim. 3. §. fin. ff. de S. R. P extra hanc servitudinem in fontibus privatis r eliqui publici fontes sunt hodiè in dominio Principis vel Reip. v. gr. Heidelberg der Fürsten und Wolffsbrunn / in quo Serenissimus Elector habet aliqua vivaria , quasi gradatim , unum sub altero est situm. Huc pertinent quoq; fontes falsi die Salzbrunnen cum fontibus acidulis die Sauer und Gesundbrunnen / die warme bâder / zu Wildungen / zu Schwabach / zu Embs und Wizbaden / de quibus etsi jure civili nullus occurrat textus , confuetudo tamen hodierna docet dispositionem & potestatem circa eos quid faciendi vel non faciendi pertinere ad dominos territoriorum.

## VII.

In omni servitute cùm opus sit ut causā habeat perpetuā d. l. 28. ff. de S. V. P. Donell. lib. 11. c. 3. licet usum interdum habeat discontinuum l. 14. ff. de Servit. dicta servitus aquæ haustus ob id perpetuam aquam desiderat vid. l. 1. §. 5. ff de Aq. quotid. & Æstrv. fons ergo vel puteus si aquam vivam & perennem non habet , de eo aquæ haustus concedi haud potest. Cujac. lib. 11. ob serv. cap. 3. Ast hoc in dubitatum si alicui haustus Aquæ constitutus iter etiam , id est , jus eundi ad istum locum videtur constitutum esse l. 3. §. 3 ff. de S. R. P. nam per aërem ad fontem volitare non potest , & in omni juris parte , hæc frequentatur regula , cui aliquid concessum est , ea omnia etiam tributa intelligi sine quibus concessum explicari nequit. Servitus hæc aquæ haustus est vel personalis vel realis. Personalis est quando in utilitatem personæ

B 2

con-

constituitur l. 14. §. ult. ff. de alim. leg. Hæc cum persona interit, quia usus aquæ personalis servitus est. vid: l. 21. ff. de *Vsa & habit: Hillig.* in *Donell.* enud. lib. II. c. 7. *Lit. C.* Reatis quando in utilitatem prædii rusticisive urbani conceditur l. 20. §. fin. ff. de *S. P. R.* vid. *Wisenb.* ad *Inst. de Servit.* præd. th. 22. Notabile quod *haustus aquæ & aquæ ductus*, si omnibus sufficiat & absque præjudicio fiat ex eodem loco juxta beneplacitum Domini pluribus possit concedi & non tantum ut diversis horis aut diebus alternatim, sed etiam iisdem utantur vid. l. 2. §. fin. ff. de *S. R. P.* Prætereā notatu digna videtur hæc quæstio an aquæ haustus amittatur, cùm intra decennium non hausta aqua, itum tamen ad fontem, est? Resp. Negandū videtur per l. 2. ff. quemadm. *serv. amitt.* sed rectius affirmatur. Nam ut hanc servitutem quis retineat, necesse est ut eat ad hauriendam aquam, non ut eat simpliciter.

## Th. VIII.

Est & alia huc referenda servitus, *Pecoris ad aquam appulsus Germ. Viehtränke = Gerechtigkeit* / hæc est jus pecora prædii mei ad vicini fundi fontem, aquasve aquandi causa abigendi. l. 4. l. 5. ff. de *S. R. P.* hæc uti aquæ haustus, est vel *realis* vel *personalis*. Differentia inter servitutem personalem & prædialem ista est, ut persona illâ uti possit ad lumen cum moderatione tamen debitâ & civiliter, hâc vero quantum ad prædium dominans necessarium & utile est per dict. l. 5. Quando vero hujusmodi juris concessio dici debeat servitus prædii vel personæ vel etiam merum jus personale ex verbis concessionis est colligendum, ut post *Fulgo.* in *l. pecoris 4. ff.* de *S. R. P.* annotavit *Corrasius* ad l. 1. ff. de *servit. n. 133.* Cæterum de hac servitute pecoris ad aquam appellendi variant juris autores, utrum si quis plura

plura pecora quām in servitute conventum est , appellat ,  
 totam amittat servitutem : an verò quæ numerum exce-  
 dunt constitutum repellit tantū possint ? & posterius teste  
 Ulpiano non sine ratione obtinuit . l . i . § . Trebatius 18 . ff de  
 aq . quotid . & astat . l . i . § . si duæres 12 . ff . quor . legat . nam utile  
 per in utile inseparabilibus & dividuis non debet vitiari .  
 l . sedet 12 . ff . de Pec . Const . Tiraquell . de retract . lignag . ad fin .  
 tit . n . 74 . & quos concessit . Barbosalib . 19 . c . 47 . axiom . ii .

## Th. IX.

Juris remedia , quæ circa jus aquæhaustus , pecoris ap-  
 pulsus competunt sunt distinguenda . Si quis vult agere  
 judicio *petitorio* actio confessoria ei competit l . 2 . § . 1 . ff . si  
*servit . vind . aut possessorio* & hoc casu duo interdicta com-  
 petunt : alterum de usu fontis , qui in quæhaustu , pecoris ad  
 aquam appulsu , consistit non impediendo , quatenus hoc  
 anno virtuosè non usus est . Alterum de non impedienda re-  
 fectione fontis modò sine damno domini fiat , super quo  
 caveri debet . § . 6 . l . un . ff . de fonte . Capolla de S . R . P . circa fin .  
 c . 8 . Menoch . rem . 8 . recuper . poss . n . 7 . fontis usus nullius est ,  
 nisi purgetur & reficiatur . d . l . un . § . 7 ff . de fonte . Claudat  
 aquæ fontanæ materiam hæc quæstio , An fontes publici ullo  
 tempore à privatis acquiri possint ? Resp . nullo , nequidem per  
 Rescriptum aut per pragmaticam sanctionem , neque per  
 longis temporis præscriptionem . l . 9 . Cod . de aqua ductu  
 l . 5 . Cod . de Operib . publ . Sed illi fontes omnino sunt Reipu-  
 blicæ restituendi . Princeps enim rem imperii nullo mo-  
 do alienare potest . Luc . de Penna in l . quicunque Cod . de  
 omni agro defert .

## Th. X.

Fontanæ sequitur *Aqua flaviatilis* à fluvio dicta & jus flu-  
 viatile

viatile seu quod circa flumina occupatur. Flumen sumitur  
 vel generaliter pro quavis aquarū congregatione l. 1. §. fin. ff.  
 de aq. pluv. arc: vel specialiter & describitur quot sit collectio  
 aquarum intra certas ripas in alveo decurrentes: vel ita: flumen  
 est Aquā in alveo perrenni fluxu per ripas decurrentes. Quae flu-  
 mina ita in prima creatione à Deo T. O. M. ordinata & di-  
 sposita sunt in usum & commodum multorum populo-  
 rū, ut inservirent necessitati pariter ac recreationi multo-  
 rum, ob viriditatem delectabilem eorum, ob amoenissimos  
 fluctus, quibus tot campos cingit & pīscīū fertilitate acco-  
 las recreat & eorum commercia promovet. Flumen est  
 vel perenne vel temporarium: perenne quod ex naturali fonte  
 & principio perpetuò durante oriens semper fluit. l. 1. §. 2.  
 ff. de flum: nequid. hoc non ideo minus perenne est si aliquā  
 æstate ex causa speciali exaruit d. l. 1. §. 2. in fin. Temporarium  
 in d. l. 1. Torrens vocatur, est quod aquis hyemalibus crescit  
 & currit. Str. Ex. 45. th. 8. & seq. à torreo dictus i. e. sicco,  
 ignesco, quia citò torrescit ac siccatur, utpote fluvius subi-  
 tis imbris concitatus: aliás & torrens dicitur Vnda. Iu-  
 stin: torrens fretum: æstuans. Claudia: lib. 2. de rapt. Pro-  
 serp. torrentius amne hyberno.

## Th. XI.

Flumina dividuntur in publica & privata: hæc sunt, quæ  
 ad tempus fluunt vel manu facta sunt v. gr. aquæ ductus  
 publici vel privatil. 17. ff. de S. R. P. princ. Inst. de S. P. quæ  
 in privati sunt dominio l. 1. §. 4. ff. de flum. Illa sunt, quæ  
 sunt viva & perennia v. gr. Danubius, Rhenus, Albis, Vi-  
 surgis, Rhodanus. d. l. 1. § 3 ff. de fluminib. quæ olim pertine-  
 bant ad illas res quæ in distinctione dominiorum & prima  
 rerum divisione, neq; relicta in communione, neque pri-  
 vatis

vatis aſſignatae, ſed pro Uſu certi certi cuiuſdam & totius populi deputatae à quo etiam occupatae : hinc ita dictæ quaſi populicæ. l. 43. §. 4. de R. N. §. publica inſt de publ. jud. quin jure gentium in occupatione veteri quaſe quisque po- pulus vacua occupavit à vicino populo fuerunt occupata & poſte à jure belli in potestatem populi Romani deve- runt, qui ſicuti iſam imperium ex jure gentium poſſide- re cœpit, ita quoque publica ſibi attribuit unde in jure pub- lico etiam per excellentiam quaſe ſunt populi Romani effe- ſta. Wſenb. in Iſagon. 2. & 8. vel etiam quaſe ſunt de Rega- libus & ad principem jure superioritatis perteſt, quia populus ei & in eum omne imperium ſuum tranſtulit §. 6. Inſt. de l. N. G. & C. aliud eſt in mari quod in diſtinctione dominiorum in nullius poſteſtate poſitum, ſed in ſuo Jure & eſſe primævo relictum fuerit.

## Th. XII.

De his fluminibus quaeritur, utrum ut res publica à pri- vatis & ſingulis hominibus poſſint acquiri vel occupari ? Et Resp. quod ubi rerum communium proprietas à ſingulis acquiri poſteſt, ita horum proprietas acquiri non poſteſt per occupationem, quia hoc juſ tantum obtinet in iis quaſe ſunt nullius in bonis, non etiam in iis quaſe ſunt alicuius in bonis, ſive populi ſive privatū, quibus juſ ſuum non eſt au- ferendum: aliud autem eſt in iis quoad uſum, nam ita pa- tent ſingulorum utilitatibus. l. 24. ff. de damn. infect. & We- ſenb. b. num. 2. inanis enim eſſet proprietas, ſi nullum præ- ſtaret uſum §. 1. in fin. de Uſufr: quem vix præſtabunt, niſi ſingulis concedatur, ut fit & exiſtat communis. Uſus au- tem fluminis conſiſtit in variis. (1.) eſt ut inde aquam hau- triamus, bibamus, & in alios uſus domesticos converta- mns:

mus : quoad usum hunc flumina adhuc publica sunt d. l.  
 24. l. 9. cod. de aqua duct. & ideo unus dum haurit, dum bibit aquam profuentem , eaque ad lavandum utitur non  
 ideo excluduntur alii, quare hic usus omnibus est communis. Hinc in Urbe aquam venalem esse execrabile dicitur.  
 l. 7. cod. & de aqua duct. nisi in urbe aquarum salubrium &  
 lfontium sit penuria , quo casu aquam sub contractum em-  
 titionis venditionis cadere docet l. 1. ff. de alim. leg. l. 14. § 3. ff.  
 cod. & experientia Ambstelodami, Ferratiæ, Bononiæ, Ve-  
 netiis, Miseni & in Gallia ad propugnaculum la platte for-  
 me vid. Golnyz in Vlysic Gallo Belgicop. 203.

## Th. XIII.

Usus (II.) fluminis consistit in hoc quoque, ut in  
 eo navigemus quod cuilibet de populo est licitum. tit. ff. us  
 in flum. publ. navig. liceat. ita ut is qui alterum prohibet  
 navigate actione injuriarum conveniti possit. l. 2. §. 9. ff. ne  
 quid in loc. publ. Imò Prætor coercet omne illud, quod in  
 flumine publico & ejus ripa sit, si deterior ejus status &  
 navigatio fiat. 101. tit. de fluminib. ne quid in flum. publ. ripavé  
 ejus fiat. Ripa etiam quæ est crepido seu extremitas illa  
 continentis quæ utrinque flumine alluitur & flumen con-  
 tinet l. 1. §. ripal 3. §. 1. ff. de flumin. est res publica, cùm co-  
 hærens pars alterius & ejusdem cum ipso conditionis esse  
 censeatur, quare sequi debet conditionem fluminis, sicut  
 littus sequitur conditionem maris quare publica quoque  
 erit quoad usum, privata quoad proprietatem : quia ripa  
 esse incipit ex quo versus flumen vergit & ita est terminus  
 inter flumen & vicina prædia interjectus, idcirco partim se-  
 quitur jus fluminis, partim jus prædii & proprietas ejus est,  
 qui vicina prædia possidet, ulus vero publicus commodè  
 retineri

retineri non potest. Ob hanc causam onus muniendi ripas quoque iis incumbit, qui ibi prædia possident & Prætor *de ripa munienda* peculiare interdictum proposuit & neminem prohiberi voluit, cùm ripas fluminum publicorum muniri & refici utilissimum sit, ne damnum agris excursu aquarum detur. Quod Batavi hodiè accurate observant habentes proprios riparum inspectores, quos appellant *Difrichters*: quod si non facerent fortè jam dudum cum rebus suis periissent: cuius periculi exempla apud illos sunt obvia ex aggerum ruptione orta, quæ multæ urbes & pagi sunt absorpti. Vid. *Vbbon: Emmium in descript. urbis Gröning.*

## Th. XIV.

Usus (III.) fluminis consistit quoq; *in piscandi jure*, quod omnibus commune est in portu fluminibusq; & omnibus hominibus provinciæ & regionis communiter competit: quare nemo alterum prohibere potest quo minus piscetur in flumine publico, qui de facto prohibet quem ante domum vel ostium suum piscari, tenetur & conveniri potest actione injuriarum. l. 2. §. si quis 9. ff. neqd. in loc. publ. l. 13. §. 7. ff. de injur: Peregr. de jure fiscil. 7. n. 34. Harprecht ad tit: Inst. de R. D. n. 4. Sneider. b. n. 9. Berlich. p. 5. conclus. 51. num. 2. Cùm nemo publico uti prohibendus sit. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loc. publ. Quod jure communi inspecto adeò verum, ut ne domini territoriorum quidem jus hoc in fluminibus piscandi subditis prohibere possunt ad quos et si enim hodiè proprietas fluminum spectet, quæ per illorum territoria discurrunt, usus tamen eorum communis est: licet enim jus gentium in publicis rebus certa dominia constituerit, omnibus tamen usum reliquit communem. At

C

hodiè

hodiè diversum est constitutum vel principis & populi voluntate, consuetudine , privilegio vel longissimâ temporis præscriptione , quâ hodiè piscationes & pescationum reditus sunt de Regalibus principum. c. 3. quæ sint regalium reditus: ibi: quæ sint regalia. Et nemini privatorum in multis locis licitum est pescari in fluminibus publicis, nisi iis solis , quibus hoc à Magistratu est concessum , quasi in feudum, qui ideo dicti die Lehn - Fischer. Imò hoc jus pescandi acquiritur qnoq; per præscriptionem, non tantùm si quis solus in aliquâ parte fluminis pescatus est, & alios prohibitioni acquiescentes prohibuit , sed etiam si Principes subditos aliquando prohibuerunt, ne irent ad pescandum in aliquo flumine publico & subditi non contradixerint, sed propter prohibitionem destiterunt accedente legitimo tempore præscriptionis, est eis jus prohibendi acquisitum. *Wesenb. tit. de Acq. rer. dom. n. 7.* licet enim præscriptio in actibus meræ facultatis non inducatur aliud tamen est si accedat prohibitio ex parte unius & patientia ex parte alterius: tunc enim prohibitio cōstituit prohibentem in quasi possessione rei illius, quæ in merâ facultate consistit & præscriptionem inducit ex eo tempore currentem. *idem Wes. ibid. & num. 14. tit. ff. de jurisd.*

## Th. XV.

Navigationes etiam cùm sint licitæ, nec contra jus dividum 1. Reg. 9. vers. 26. c: 10, vers. 11. & 22. Act. 13. vers. 4. C. 18. vers. 18. C. 20. vers. 6. c. 21. vers. 23. ideo ob utilitatem earum & necessitatem non debemus hīc eas præterire, maximè ob commercia quæ per illas abundanter regionibus inferuntur, non tantùm per flumina , sed per Oceanum etiam, quem Deus undique & undique terris circum fundit & fecit

fecit navigabilem , additis ventorum statis & extraordina-  
 riis flatibus , non ab eadem semper regione spirantibus :  
*Summum naturæ beneficium ait Seneca L. 4. natur: quæst.* quod  
 & vento gentes locis dissipatis miscuit & sua omnia in regiones ita  
 descripsit, ut necessariū mortalibus inter ipsos esset commercium ;  
 quæ necessitas & utilitas quia in sensus incurrit & manibus  
 palpari potest, quid est cur dubitemus, an exercitia navium  
 ad summā Reipubl: pertineant: maximè id affirmante J Cto  
*in l. i. §. 20. ff. de Exerc. Act.* quæ actio inventa in utilitatem  
 navigantium & negotiantium, ne licet decipientur , qui  
 cum magistris contrahunt *l. ii. ff. eod.* seu iis quibus totius  
 navigii Anchora & gubernatio demandata est. *l. i. §. 3. eod.*  
 Græcis dictus hic nusixde , quod ejus fidei committatur na-  
 vis : quæ definitur quod sit actio qua in solidum tenetur  
 exercitor navis ex contraetu magistri quem navi præpo-  
 suit, de rebus ad ejus magisterium pertinentibus. *Wif. h. t.*  
*n. i.* Quorum exercitorum si plures sunt cum quolibet eo-  
 rum in solidum agi potest *l. i. §. ult. l. seq. ff de Exerc. act.* In  
 statutis Dantiscanis p. 1. art. 5. 9. 10. Exercitores hi dicun-  
 tur Schiff-Reder oder die Part im Schiff haben/Schiffs  
 Freunde. & magistri navis Schiffer Steuer-Mann/  
 facteur par mer, quorum magistrorum varia erant nomina  
 apud veteres v. gr: Magistri legum, populi, census, societa-  
 tis, scriniorum, memoriarum, libellorum, militum, convivii,  
 auctionū, quod Ciceronis probat jocus in Fonteji accusato-  
 rem cuius matrem dixit, dum vixisset ludum, post obitum  
 Magistros habuisse.

## Th. XVI.

Ad navigationes pertinent *navicularia persona, nau-  
 nulum & naufragia.* Navigatio enim ut bene formetur so-  
 cietate opus habet diversarum personarum, ideo navicula-  
 riis

riis hisce personis suum est permisum habere Collegium.  
*l. 1. pr. ff. quod cuiusq. univers. l. pen. in fin: ff de Immunit.*  
 Hujus caput solet esse Admirans seu Admiralis, item Navarchus, qui jurisdictionem habet non ullo loco adstrictam, sed cohærentem quasi navi cuius potestate sæpè multo severius in suis delinquentes solent animadvertere & sæpè levi de causa in leges nauticas peccantes ad malum suspendere, ut videtur est apud *Sigism. Buchnerum de jure aquat. th. 242.* Collegia enim hæc nautarum, diese Schiffer-Gesellschaften habent sua peculiaria statuta, quæ juri communi derogate possunt, quod probat etiam *Lex Rhodiæ de Iactu*, quâ oborta tempestate jaetus mercium navis levandæ gratiâ factus omnium vectorum, itemq; ipsius nautæ contributione sarcitur *l. 1. r. §. 2. ff. de Leg. Rhod. de jaet. Paul. 2. sent. 7. pr.* maximè deprecatione Eudæmonis, Nicomedensis, qui libello supplice Imperatori Antonino oblato, bona naufragii direpta à publicanis Insularum Cycladarum sibi restitus petit in *l. 9. ff eod.* Cui Imperator respondebat se quidem mundi dominum, Legem autem esse maris : & lege Rhodiorum nautica, quorum disciplinam & iurisnavalem *Strabo. 14. Geograph. com. rendat*, id esse judicandum quatenus ei nulla legum Romanorum est contraria. Sunt quidam interpretes, qui volunt *Lege Rhodia* ad quam ab Antonino remissi mercatores Nicomedenses, bona vindicata fuisse naufragorum Fisco vel qui jus fisci habebant Publicanis, quod si esset, Tribonianus esset culpandus, quod retulisset in Pandectas hanc legem, cuius nullus amplius fuisset usus, post legem *I. Cod de Naufragio*, qua idem hic imperatore statuit de naufragiis ne ad fiscum pertinerent, quod dæquissimum; quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut lectetur compendium de re tam lucuosa. *d.l. 1.*

G

& auth. navigia. C. de furt. quod non tantum juri divino est  
consentaneum Exod. 23. vers. 4. 5. Deut 22. vers. 1. 2. 3. Sed  
& constitutioni criminali Caroli V. art. 218.

## Th. XVII.

Consuetudo ergo quâ bona naufragorum conver-  
tuntur in proprium utrum est irrationabilis , est corruptela,  
quùm afflito afflictio non debeat addi: viguit quidem in  
multis locis in Gallia , Anglia , Hispania , Frisia , Episcopatu  
Bremensi , Hollatia &c. ast postea tamen contrarium intro-  
ductum & effectum , ut cessaret illud Iuv. Sat. 4. Quicquid  
conspicuum est pulchrumq; aquore toto , Res fisci est , ubi cung. na-  
ret. Imò laudabiliter in provinciis multis receptū , ut soluto  
pretio das Barge - Geld / omnia bona afflictorum naufra-  
gio , libera dimittantur. Besold , in thesaur. pract. voce Bar-  
ge - Geld. Quare rectè concludimus hodiè post. l. 12. ff. de  
incend. & l. 1. Cod. de naufrag. licere cuivis naufragium suum  
impunè colligere ac injustè naufragas merces commisso  
mulctari. Aliud est si vitio navis vel ex instrumentorum im-  
becillitate naufragium contingat , tunc Dominus navis  
damnum amissarum mercium resarcire tenetur. l. 17. §. 3.  
l. 18. §. 3. ff. commod : nisi vitium fecerit navis sine culpa do-  
mini vel hic talem elocaverit qualis erat l. 13. §. 6. ff. de damn.  
infect : tunc sibi hoc debet imputare conductor qui non  
prævidit , quod prævidere debebat , quare mercatores con-  
ducturi navem sollicitè solent inquire in hujus æstatem ,  
qualitatem & firmitatem , ne navis annosa naviget per ma-  
re. Gryphian. lib. Oecon : legal. cap. 25. n: 108. culpæ præte-  
re à reus est dominus , si sine necessariis instrumentis , tuni-  
bus , velis aut anchoris ruptis navem mari committat vel na-  
vem nimis oneret ut submergatur : pertinet quoque ad

Magistrum navis periculum si vel ejus dolo vel imperitia naufragium factum sit vide *Syntagma juris Tholosan.* lib. 29. e. 10. num. ult. Si vero casu fortuito naufragium evenerit, hujus damnum nec exercitor nec nauta prestatibit nisi forte pacto in se receperint. Quis enim adeo iniquus ut sceleri hominum assignet, quod venti & fluctus deliquerunt? Quid imagis capax fortitorum quam mare? Si tamen mittens adhuc sit dominus periculum mercium ad eum pertinet, aut si suo periculo auff seine Gefahr und Rischio, merces miserit, si quis simul sit vendor & asscurator. Si vero is ad quem merces mittuntur emtor fuerit, periculum ad eum spectat: nisi inter hos per compactata hoc periculum sit quasi divisum, das sie Schaden und Verlust halb stehen wollen. Cramer, de navigt. Class. 3. lib. 18.

## Th. XVIII.

Huc etiam referre debemus saluberrimum *Asscurationis* remedium, quod veteribus prorsus non incognitum fuisse volunt, cum & *Claudius* Imperator teste *Plinio lib. 36. & 19.* negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepito in se damno, si quid per tempestatem accidisset: quod definitur, *Asscuratio est contractus, quo quis pramio sibi dato suscipit periculum rerum alio transvehendarum sive mari sive terra exportandarum: periculi susceptio certo constituto pretio.* Contractus est, sed innominatus & quidem ex parte dantis contractus innominatus *do ut facias*: ex parte facientis *facio ut des*, qui maximè juxta consuetudinem mercatorum regulatur, & in Germania in maritimis civitatibus non minus quam in aliis locis in viridi est observantia. *Libbire. Leon. Conf. 22. n. 12. post Iason.* Et bona conscientia exerceri potest, & quotidiè de eo controversiae maxime oriuntur, exq; decisiæ

decisæ per appellationem ad Cameram devolvuntur. *Ioh.*  
*Montani Aquilin.* in rubr. de verb. oblig. n. 199. & 200. Olim  
 in hac materia ita responderunt J<sup>c</sup>ti in Academia Lipsi-  
 ensi, quod responsum h<sup>c</sup>ic lubet annexere. Hat ein Han-  
 delsmann B. einem andern Kauffmann A. ein Schiff  
 von der Bahia in Brasilien nach Lissebona in Portugal zum  
 16. Theil verasscuriret und versichert; dero gestalt und  
 also/ daß A. dem B. hergegen 12. procent/ zum Vortheil  
 alsbald baar über erlegen solte/ es ist aber solches Schiff  
 hernacher zuschaden kommen und verlohrnen worden/  
 dahero dann A. von dem B. nunmehr den Schaden und  
 Verlust begehret / wozu sich B. nicht verstehen wollen.  
 Ob nun wol A. zu seinem Vortheil anzeigenget/ daß ein je-  
 der seinen Brieffund Siegel zulösen / und was er ein-  
 mahl zugesaget verschrieben/ es sey mit Gewinn oder  
 Schaden zu halten schuldig: Dennoch aber / und die-  
 weil B. übermittelte assecuration/ und den Versicherungs-  
 Brieff/ anderer Gestalt nicht/ als daß ihm dagegen von  
 jedem 100. wie hoch sich ermelter 16. Theil des Assecu-  
 rirten Schiffs erstrecken möchte 12. baar aber zum  
 Vortheil erlegt werden solten/ unterschrieben unvoll-  
 zogen; Der Assecurirte A. aber solche Vortheil-Gelder  
 nicht ausgezahlet/ und also exceptione non secuti imple-  
 menti mit seiner Forderung abzuweissen/ und ohne das  
 Rechtens/ daß in dergleichen contractibus innominatis  
 readhuc integra einem jeden davon abzustehen vergün-  
 stiget/ so ist der Handelsmann B. dem andern Kauff-  
 mann A. den begehrten Verlust/ des zu schaden gera-  
 chenen und verlohrnen Schiffs zu erstatten nicht schul-  
 dig/ sondern er wird von solcher Forderung billig ent-  
 bunden/ von rechtswegen. Hodierno stylo convenien-  
 tem

tem formulam mercatorum Assecurationis vid. in Oldenb.  
Itiner. p.m. 243.

## XIX.

Occasione porrò hujus elementi aquæ sive fluviaitis si-  
ve marinæ de qua ultimo loco tractare separatis mihi erat  
animus, ne discursus hic noster inauguralis nimis sit & fiat  
prolixus, promiscuè nunc quædam & obiter tantum pro-  
ponam & quidem i. De *Fœnore nautico*, quod definitur ac-  
cessio quantitatis creditæ navigaturis périculo creditoris,  
qui cùm pecuniæ trajectitiæ periculū in se suscipiat, ideo il-  
la nautica pecunia gravissimam usurā admittit. l. 1: Cod: de  
naut: fœn. l. 3. l. 4. ff. cod. quod jure canonico non est impro-  
batū; non enim hoc fœnus recipitur ratione mutui princi-  
paliter, sed ratione periculi pecuniæ æstimabilis l. 5. ff. b. t.,  
quod jure canonico nec in *caput naviganti*. X. de usur. nec  
alibi est damnatum Zæs. ad ff. hic num. 4. Fachin. 2. con-  
trovers. c. 48. Non tamen pecuniæ nauticæ infinitas usuras  
stipulari licitura est, ut male hic putat Wesenb. n. 3. contra  
l. 7. & l. fin. ff. b. t. junct. l. 26. §. 1. cod: de usur. nec obstat  
nobis Paulus libr. 2. sententit. 14. qui autoritatem juris non  
habet pet. l. 2. § 19. C. de vet. jur. eund. hæ usuræ centesimæ  
non tantum in trajectitiis contractibus permisæ sunt ut  
idem voluit Wesenb. b. n. 12. Sed etiam in dationibus spe-  
cierum. l. 26. §. 1. C. b. t. in usuris rei judicatæ l. 2. C. de Vsur.  
rei jud. Giphon. in d. l. 26. Bacchor. ad Treutl. vol. 2. disp. 3. & 4.  
lit. B. & in not. ad Wesenb. b. n. 10. & 12. & fœnus hoc nauti-  
cum etiam in trajectitiâ pecuniâ per terras periculosas &  
in ea, quæ periculo creditoris mutuò datur, locum habet  
per l. 5. ff. b. t. nec obstant difficultates hujus legis, de qui-  
bus, si placet. vide Borch. de Fœn. naut. cap. 2. n. 23. Arum.  
disp.

disp.: ff. 14. quest. 21. Bacchov ad Treutl. b. th. 2. lit. B. C. D. &  
Hunn. quest. 7.

## XX.

Cum magna II. soleat esse vis fluminum atq; maris  
ideò h̄ic porro considerabimus, *jus alvei, Insulae, alluvio-  
nis, avulsionis, inundationis, aggerum & pontium.* De alveo  
extat §. 23. *Instit. de R. D.* definitur quod sit fossa per  
quam flumen labitur ; venter quasi & lectus fluminis, in  
quo flumen quasi cubat & quem tegit quasi & occupat.  
*Bald. in rubr. de rer. divis.* De alveo quæritur, *quid juris in  
eius mutatione ?* R. jure Romano , si flumen derelicto al-  
veo in universum cœperit fluere ad aliam partem prior al-  
veus eorum est, qui prope ripam ejus prædia possident l. 7.  
§. 5 ff. *de R. d.* Sed non limitata, pro modo scilicet latitudi-  
nis cuiusq; prædii, idq; jure vicinæ vel vicinitatis, accessio-  
nis vel jure derelictionis. *Peregr. lib. 8. de jure fisci num. 72:*  
Ast novus alveus est ejus juris cuius est ipsum flumen hoc  
est publicus. l. 1. §. 7. ff. *de flumin.* Hodiè prior alveus ad  
dominum Reipubl. pertinet supremum , quia ejus est flu-  
men : & novus alveus si iterum à flumine derelictus sit, eo-  
rum esse incipit qui prope ripam prædia possident d. l. 7.  
non ejus cuius agri partem flumen antea absumserat, pro-  
pter speciem mutatam quæ efficit ut alia res esse videatur,  
quod ita quidem stricti juris ratio dictitat ast ex æquitate  
priori domino est restituendus. d. l. 7. & 38. ff. *de A. R. D.*  
quod approbat *Cyprianus Regner.* ab Osterga in censura Belgi-  
cā & moribus Belgii servandum esse afferit : & *Clariss.*  
*Oldenb.* h̄ic exoptat novos Prætores in Christiano orbe,  
qui næ vos juris civilis emendent & novum jus Ptætorium  
Christianū rectæ rationi & legib. maximè conveniens no-  
bis proponerent : nos videre meliora probareq; deterio-  
ra ferē

D

ra ferē

ra ferè semper præferre, quando Doctor Doctorem, veluti grus gruem sequitur. Si quis Comes vel Nobilis habeat jus percipiendi vectigalis in flumine & hoc cursum suum mutet in aliud territoriū, non ideo sine nova concessione, novus Dominus habebit jura vectigalium: Si verò mutatione in eodem territorio fiat, vectigalia adhuc debebuntur. *Sigism. Buchner. de jure aquat: th. 169. Stypman lib. 2. de jur. marit. C. 5. num. 297.* Bartolus se Nursiæ dicit vidisse aliquod flumen, cuius nomen *Turrido*, quod septem annis fluit, septem annis occultatur: hoc tempore, quo occultatur, quæritur *cuius sit alveus derelictus?* R. derelictus alveus dici non potest propter consuetudinem revertendi. *Cæpolli. lib. 2. c. 34. num. ult.*

## Th. XXI.

Insulæ seu loca undique aquâ circumdata sunt variæ: *vel marinae*, quæ in mari nascuntur, *vel fluviales*, quæ in flumine: *vel naturales*, quæ semper fuere ut *Gothia*, *Corsica*, *Sardinia*, *Sicilia*, quanquam hanc à continenti abruptam fuisse vult *Virgilius*.

*Hæc loca vi quondam & vasta convulsarvna  
Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas  
Dissoluuisse ferunt.*

*Silius Ital: lib. 4. Ovid: lib. 15. metamorph. Claud: de rapt. Proserp: Statius Thebaid: lib. 3. & Mela lib. 2. c. 7.* quos refutat *Valguarnea tract: de primis Sicilia incolis. Savè, ait, ego certa statuo, Siciliam omni ævo fuisse insulam postquam à Deo condita fuit.* Distinguuntur etiam Insulæ in immobiles vel mobiles: Ad has pertinent, quæ virgultis aut alia quadam leví materialia ita sustinentur in flumine, ut solum ejus non tangant aut alveo ejus non cohæreant: item quæ innatant aquis & dicuntur fluitantes quorum mentionem facit. *Dion: Halicarnass.*

carnaſſ. lib. 1. vers. Rom. & Plin. l. 2. c. 97. qualem Martin Zeil-  
 lerus Epistol. 533. dicit esse in Hassia quoquè in Præfecturâ  
**Frauen-See** bēn dem Dorff **Demſheſim Wald** etc.  
 &c. Saur. in theat. urb. tales esse ostendit prope **Audomaropolis**  
 in **Artesia**, ubi est lacus in quo multæ insulæ, quæ etiam  
 funibus trahi possunt. Hæ insulæ ad quas jure Romano  
 pertineant docet §. 22. *Inst. de R. D.* & l. 7. §. 3. ff de *A. R. D.*  
 hodierno jure *Naturales* sunt in dominio jurisdictionali cu-  
 juſlibet, Magistratus: *Cœſuales* ejus sunt cuius est flumē vel  
 mare & acquiruntur ubiq; Dominis territoriorum. *Marinae*  
 sunt sub dominio & imperio summæ potestatis, quæ facul-  
 tate habet, mare quoad navigationes & alia dirigendi. *Flu-  
 viatiles*, natæ in flumine navigabili non fiunt privatorum &  
 eorum qui fluvios accolunt, sed eorum qui regalia possi-  
 dent: ita inſulæ in Rheno natæ ex consuetudine Palatina-  
 tus Electoribus Palatinis vindicatae sunt, & ita in Camera  
 judicatiū refert *Sixtinus lib. 2. de regal. cap. 3. num 29.* & in  
 aliis locis pluribus hoc practicatum ostendit pluribus *Ileig.*  
*parte 2. quest. 40.* Inſulæ verò hodiè & noviter detectæ &  
 inhabitabiles, fiunt occupantium arg: §. 22. *Inst. de R. D.*  
 quod non ita procedere volunt in habitabilibus orbi vete-  
 ri ostensis ab *Americo Vespucio. Hieron: Benzo & Iosephus Aco-  
 sta. Jus civile ex d. §. 22.* quoad insularum proprietatem,  
 æquitatem habere & observari debere, quando inſula cum  
 notabili detimento vicinorum nata volunt nonnulli: imò  
 hīc attendendam locorum consuetudinem volunt *Struv:*  
 in *Syntagm. jur. feud: c. 6. Buchn. de jur. aquat. lib. 13. Gryph.*  
 de *Inſul. cap. 11. num: 2.*

## Th. XXII.

*Ius alluvionis & avulsionis* sequitur, illud est accessio  
 fluminæ quæ definitur, *quod sit in crementum latens* §. 20.

D 2                  Inst.

*Inst. de R. D. l. 7. §. 1. ff. de A. R. d. l. 1. in fin. Cod. de Alluv.*

Idq; effectu inspecto : spatium enim quod flumen sensim, pedetentim, minutatim recedendo relinquit post se, ex alluvione oritur, ita ut alluvio sit appulus materiæ fluminis aut in flumine ad ripam quo paulatim fallentibus & furtivis incrementis aliquid alterius fundo accedit. *d. l. 7. §. 1.*  
*& d. l. 1. appulus* dicitur quia nullius opera vel factum accedit: alii ita definiunt: *quod si accessio quando à publico flumine vel mari latenter fundo nostro aliquid adjicitur:* Forma itaque huius est coagulatio aquæ & terræ, quæ sensim & pedentim procedit, ita ut arena arenæ pedentim se applicet, perinde ut illa quæ cadit de horologio vitro. Per alluvionē itaq; quod flumen agro nostro pedentim adiicit jure gentium acquiritur iis quorum est fundus, & quidem si sit fructuarii, ratione usufructus ad fructuarium, ratione proprietatis ad dominum fundi pertinebit. *l. 9. §. huic vicinus ff. de usufr.*  
 Quia quod fundo accedit per alluvionem simile fit ei cui accedit. *l. 11. §. quod tamen ff. de publ. act.* quare si fundo emphiteutico vel feudali accesserit augmentum, ratione domini directi, domino directo, ratione dominii utilis, domino utili acquiritur. *§. si quis de mansuet. §. rursus si de in vestis. feud. controversia ibiq; Alvar. Molin. ad decis. tit. 11. §. 1. gloss. §. n. 117.* Dei hoc est beneficiū, quo occulta Dei providentia uni aliquid aufertur & in aliū trans fertur. Quod jus in stagnis & lacubus locum non habet, nam licet illa nonnunquam crescant & decrescant, suos tamen retinent terminos *l. 12. ff de A. R. D.* Nec in flumine privato obtinet, quia alveus illius omni ratione & modo est privatorum. In terris ad Rhenum sitis & per Belgium alluviones & cetera incrementa in fluminibus ad principem pertinent, aut ad eos, qui jure hoc sibi à Principe concessio gaudent. *Gros.*

*lib. 2.*

lib. 2. de I. B. & P. c. 28. Grænvreg. ad §. 20. inst. de R. D.  
 Per placita Philippi II. Reg. Hispan. teste *Christinao* vol. 4.  
 dec. 86. num. 7. non unicuique licet jus alluvionis exercere,  
 antequam in camera rationali justam exhibuerit titulum  
 aut aliter de jure suo probaverit aut Principis consensum  
 ad hoc impetraverit. In nonnullis locis observatur allu-  
 vio quædam artificialis, in Belgio exprimunt per vocem  
*Einteichen/* quæ non est in crementum latens, sed latissi-  
 mè patens, & ita arte quadam homines dilatant terras suas  
 ibi *Hamelman;* in *Chronico Oldenburgenſi de Comite Oldenbur-*  
*gensio* loh: XIV. Er hat an dem Stedinger Lande esliche  
 Derter wie auch Linien und in neuen Bruch viel einge-  
 teichet. Desgleichen das grosse Meer und daselbst viel  
 Meyer gesetzet/ auch die Leuthe bey der Jade und umb  
 Struckhausen auff dem Mohr vertheilet/ und alles al-  
 so angerichtet/ daß daselbst schon Graß und Bau-Land  
 in kurzen Jahren geworden/ dazuvor nur allein Wild-  
 nus/Morast/ und Wasser gewesen.

## Th. XXII.

Aliud est juris in *avulsione*, quando scilicet vis & impe-  
 tus fluminis de superiori tuo prædio non latenter sed nota-  
 bilius & apparenter detrahit partem aliquam vel cru-  
 stam & vicino prædio adjicit: tunc quicquid est ablatum,  
 abreptum apparet, non possessoris negligentia, verum  
 tempestatis violentia: & hoc manifestò intelligi potest,  
 quantum quoquo temporis momento fuerit adjectum &  
 ideo alluvionis nomine venire non potest: §. 21. Inst. de  
 R. D. in quo proponitur hic casus & ita deciditur, si pars  
 violenter detracta fundo cui adjecta est coaluerit vel ne-  
 gligentia Domini vel casu, ex eo tempore ei censemur esse

D 3

acqui-

acquisita. l. 7. §. 2. ff. de acq. rer. dom. l. 9. §. Alphenus ff. de  
 damn. infect : Si non coäluerit crusta avulsa prioris domini  
 erit, qui eam vindicare potest, quia unitatem cum fundo  
 alterius nondum fecit. Griphian: de Insul. c. 18. 27. Loccen:  
 de maritim: 1. cap. 6. quod etiam obtinebit in arboribus quas  
 secum crusta trahit, quia ratio non permittit, ut arbor esse  
 alterius intelligatur, quam cujus in fundum radices egit :  
 quod enim radices in solo agit, solo cedit, veluti pars ejus,  
 idq; jure accessionis, irradicationis, oder Einwurzelung:  
 Cum major habēda radicis quam stipitis ratio: ex illa enim  
 non ex hac arbor alitur & vitam accipit, quare alterius nō  
 potest esse arbor, quam cujus est radix. Quomodo autem  
 cognosci possit, an in fundo alterius arbores radices ege-  
 rint, hic volunt DD. standum esse judicio rusticorum tan-  
 quam peritis in arte : arg. l. 20. ff. de statu homi l. 1. §. 1. ff. de  
 flum. l. 3. ff. si mens. fals. mod. dix: c. significasti X. de homicidio.

## Th. XXIV.

*Inundatio agri speciem non mutat* §. 24. Inst. de R. D. sed  
 aqua recedente manet ejus cuius ante fuit l. 7. §. 6. ff. de A.  
 R. D. alioquin singulis annis agri in Ægypto omnes amit-  
 terentur, cùm sol per Canerum cœpit vehi & Nilus totam  
 terram suo incremento operit: & ita se hoc habet in levio-  
 ribus & particularibus mundationibus, quando expatiata  
 ruunt per apertos flumina campos. Ut & noster Lanus relo-  
 luta hyeme atque aquis ex alto decidentibus solet in-  
 tumescere & sele per hortos & campos non sine accolen-  
 tium damno diffundere. Aliud est & fuit in diluvio uni-  
 versali Noachi tempore, quo dominia hominum paucis  
 exceptis interiere, orbisq; integer occupationi Noachida-  
 rum aquâ rursus recedente fuit expositus. Aliud quoque  
 iun.

Sinundatio fuit diuturnior aut perpetua, faciemque pristinam agri mutet : tunc enim proprietas & usus fructus amittitur. l. 23. ff. quemadmodum ususfr. amittatur. Hujus exemplum extat in Dullarto Sinu, inter Embdā & Groningam, ubi olim steterunt triginta pagi qui eluvione maris Anno 1277. periere : & in aliis multis locis Frisiæ & Hollandiæ, ubi pascuntur vaccæ & oves, olim pisces natârunt & ubi olim pagi & villæ fuérunt hodiè navibus fit iter. vid. Vbbos: Emmium in tract. de urbe Grôning. & de diluvio Cimbrico quod ante Christum natum anno 340. contigit in antiquit. Frisiæ: Piccardum: temporales inundationes quotidiè solent contingere etiam artificiales, quando in obsidionibus civitatum fluvii restagnantur Cluz: lib: 10. Hist. p. 614. item theatrum hic consule Europæum: possessio in his inundationibus quidem amittitur non dominium : naturaliter enim insistere iis agris non possumus. arg. l. 1. l. 3. §. 3. ff. de acq. poss. Moribus Belgij dominium etiam censetur amissum si ager per decennium fluctibus fuerit contextus, nisi quis possessionem prædii sui aliquo actu fuerit tutatus v.gr. piscando virgultaq; implantando aut oppositis aggeribus aquam excludendo. Grot. de I. B. & P. lib. 2. c. 8. n. 10. Vir. ad §. 24. Inst. b. 1.

## Th. XXV.

De aggeribus ergo hic etiam aliquid adnectendum.  
 Q. Si in agro meo inferiori magna aquarum sit abundantia ex agro superiori proveniens, an liceat habere foveas & aggeres, ut ad aliam transcat aqua partem, agerq; meus illa evacuetur ? R. quod sic, nisi obstat pactum in contrarium : ast si aggerem vis aquæ dejecit & ita aquâ pluvia noceat, si naturalis agger sit, cogere possum vicinum actione aquæ pluviae arcendæ ut eum reficiat : ast si hoc fiat per flumen publicum damnum,

num, licitum mihi est aggerem vel aliud ad defensionem  
prædii mei opponere l. 2. §. 5. ff. de aq. pluv. l. 1. §. 7. ff. ne  
quid in flum. publ. Si agger rumpatur maris vel fluminis ab  
aliquo, gravissimè hīc punitur: Niloticorum aggerum ru-  
ptores & perfores flammis comburi jubentur. l. un. C. d.  
*Nili agger non rumpend:* quæ poena etiam rectè ad nostra flu-  
mina extenditur. Anton. Matth. de Criminibus s. c. 3.  
Aliâs extraordinariæ quoq; mentio fit poenæ in l. 10. ff. de  
*Extraord. cognit.* quam cum aliis probè observare debent  
magistratus maritimi vulgo die *Dicfrichters*. Sed *anon licitum est aggeres rumpere ut hosti noceamus?* Aff. ob necessi-  
tatem & utilitatem publicam. Ita in nuperō bello *Gallo*  
*Belgico* aggères in Belgio, Groningæ & in aliis locis rupti  
sunt & perfossi: die *Dämme sehn durchgestochen / und*  
*ist das Land unter Wasser gesetzt & inde hostis non mi-*  
*nimum damnum incurrit.*

## Th. XXVI.

*Pontibus* etiam flumina publica solent insterni & ho-  
rum Jura pertinent ad Rem publicam, quæ eos sternere &  
reficere tenetur & ideo quoque vestigalia rectè exigere  
potest, si scilicet magnam Reip. requirant custodiam, qua-  
les videmus hodiè in multis Germaniæ locis, ubi non tan-  
tum pontes Rheno incubant sed per eum quasi volant, vul-  
go fliegende Brücken/ut *Moguntiæ, Brisac, Colonia, Bonnæ,*  
*Argensorati*. Vizæ publicæ appellatione veniunt quoque  
pontes, si per eos vulgo iter fit, quare statuta de Criminib-  
us in via publica commissis intelligenda quoque suat de  
ponte publico. Non procul à *Pontibus* hisce videmus quo-  
que Gerania in nonnullis locis unde dicitur *Ius Geranii die*  
*Krahn-Gerechtigkeit / à quo jure differt Ius sapula sive*  
*appul-*

appulsum dasz recht der Niederlage oder Staffel-Gerechtigkeit / quod est potestas merces aliunde invectas ab instituto cursu reueahendi & in suo foro sistendi singulari beneficio certius in locis competens : ad Rhenum, Spira, Moguntia, Colonia, ad Danubium Ratisbonae, Ingolstadio : ad Albim Magdeburgo & Hamburgo: ad Visurgim Bremæ: ad Mosellam Treviri: quod jus iuri gentium seu libertati commerciorum prorsus non repugnat, quum rerum communium usum Reges & Principes terrarum ita possint coarctare, ut stationes invehendarum mercium constituant. Zepper. de jure Stapula. Einsid. de flumin. th. 32. Gryph. l. 1. Oecon: leg: c. 24. num: 72. & seqq.

## Th. XXVII.

Jus aquatrici elementi antequam relinquamus non debemus hinc intactum relinquere *jus molendinorum* & illud quod vocant *jus braxandi*: Molendina quando cœperint ne scimus: credimus ante Constantinum M. nullum fuisse eorum usum apud Romanos , sed in vasis lapideis concavis, quæ pilæ vocabantur, frumentum igne prius tostum terebant: Virg. lib. 1. Aneid: & torrere parant flammis & frangere saxo. Procop: lib. 1. Histor : testatur iis hæc in usu fuisse A.C. 537. sunt autem hodiè variæ eorum genera v.gr. *mola aquatica*, *navales*, *pneumatica* Wasser / Schiff- und Wind-Mühlen/ quales cum summa admiratione conspicuuntur in Belgio , quibus educuntur aquæ stagnantes & super fluæ è campis suis & pratis. In molis aquaticis nonnullis frumenta , in nonnullis pulverem tormentarium conficiunt: in nonnullis crystallum præparant , cuprum in laminas redigunt ut hic Marpurgi ad Lanum conspicimus : In nonnullis chartam conficiunt : in aliis asteres, quas vocant

E

Sige-

**Sege-Mühlen.** In aliis linum tundunt : quarum omnium motrix & operatrix est aqua. Et quia dicimus **das Brod** ist die allerbeste Menschen-Speise / ideo publica utilitas exigit creberrimam molarum inspectionem , ut omnia ibi ritè & rectè peragantur, farinaq; justo modo reddatur . quare antiquitus molendinorum certi exitere curatores, administratores aut procuratores, **Wasser und Mühlen Alerz oder Meister.** *Vide Hering de molend: quæst. 45. num. 35.* Hac inspectio an ad altam vel bassam pertineat jurisdictionem Manzius disputat in decil: palat. quæst. 42. Sed annon Domini locorum subditos suos possunt cogere ut ad sumum tantum veniant molendinum ? Neque quia h[ab]itactus sunt voluntarii , ex quibus nec obligatio nec quasi possessio alicui potest acquiri : nisi fortè aliquid consuetudine vel privilegio sit introductum. *Carpz. p. 2. Const. 4. defin. 9.* Si tamen Dominus alibi volentes molere prohibuerit & per legitimum tempus subditi acquieverint, jus utendi certo molendino præscriptione potest acquiri. *Cæpolla de S.V.P. c. 5. n. 2.* Unde molæ dicuntur bannales **Bann oder Zwangmühlen**/ darin einem gebotten zumahlen ist. *vid: Besoldung in Thes: pract: voce Bann.* Sedanne licitum est alicui in privato flumine liberè molendinum extruere. Aff. et si in vicinia alias vetus molendinum habeat modo ei non auferatur aqua. Ast in publico flumine absque permisso principis id non licet *Clarißim. Struv: in Syntagm. juris feud: c. 6. Min- dan. de interd: tit. 6. Stypman: de jure marit: p. 2. c. 5. n. 125. Hering. de molend: c. 15. num: 23. & seqq.*

## XXVIII.

*Ius braxandi sequitur dictum à Gallico vocabulo brasser quod brauen & seden denotat, & definitur quod sit ius reale, ip-*

Le, ipsis scilicet etibus inhaerens, quia sine domo ut sine praedium servitus consistere non potest : publicum, ad exclusiōnem privatæ braxationis, das Haush und Kessel-Brauen : quo civi id habenti cerevisiam ex materia apta iusto servato or-  
dine ad suam & suorum utilitatem coquere & vendere lices. Quinam primi omnium Cerevisia usi docet, Clar: Schockius de Cerevisia cap. 2. Propter ceteris Germanorum usibus serviit teste Tacito de morib: German: Imò tota maritima regio Germaniæ prorsus vino caret, nisi à mercatoribus , importetur, quare in more illis est positum cerevisiam coquere, quam multo etiam pejus inebriantur quam superiores Germans vino : de quibus illud Plinii potest dici : *Heimira vitiorum solertia inventum est, quemadmodum aqua quoque inebriaret.* A variis locis varia quoq; sortitur nomina, Rastrum, Glück-Guck/Münne/Klün/Rückstein ; sic Hanoveriana, Cel-lensis dicitur Broihan à Conrado Broihan primum inventa, de qua Hanoveræ leguntur hiversus

*Grandia si fierent toto convivia cœlo  
Broihanam superis Jupiter ipse daret,*

Uti de Mindensi Cerevisia quidam hos me docuit versus

*Inter laudatas non est cerevisia laudes*

*Expers, Mindensis nobilis ille liquor.*

Competit hoc jus braxandi ex obseruantia civibus & civita-tis participibus , quam poste à Principes in suis constitutio-nibus approbarent & civibus suis appropriarunt : hinc in multis locis jus des malzens / brauens / undschencens/ nobilibus est interdictum , nisi sustentatione & necessitate suæ familiz, ne scilicet ex venditione cerevisiæ coetx à no-bilibus urbibus inferatur, quædā pernicies & plebejis diffi-cilius cōstituatur commerciū, arg. l. Nobiliores C. de commerc. & mercat. Hic tamen præscriptione immemorialis temporis

hoc ius sibi acquirere possunt , Rusticis autem hoc ius non  
competere probat *Carpz.*, part. 2. const. 6. def. 5. Utinam  
clericis , quum non sint cives nec domos braxatorias habe-  
ant , nec mercaturam hanc exercere audeant c. negotiato-  
rem. c. fornicari. distinct. 88. Statutum tamen Laicorum , ne  
quis advehat aliunde cerevisiam vel vinum & in suas intro-  
ducat ædes , eos non stringit *Speckhan*; cent: 2. Class. l. q. 2.  
Hodiè quale singulæ civitates circa hoc ius privilegium ha-  
beant non aliunde rectius discitur quam ex usu & consue-  
tudine : & quia hoc ius certis ædibus in hætere solet & pos-  
sessorem ædium sequideò separatim ab ædibus vendi non  
potest & qui per tempus legitimum hic hoc ius exercuit &  
præstanda præstítit sine dubio pro braxatore & cerevisia-  
rio est habendus : hic in hac præscriptione etiam observan-  
da regula illa *Tantum est præscriptum, quantum est possessum?*  
quare qui præscripsit ius cerevisiæ rubræ , albam non potest  
coquere. Q. Si Zytopepta alicui in coquenda Cerevisia dam-  
num dedit , annon hoc resarcire teneatur. Aff. si culpa sua id  
dederit arg. l. 2 S. C. locat. l. 23. ff. de R. I. non verò si casu for-  
tufo aut vitium in materia fuerit aut polenta , modò hoc  
Zytopepta qui se fundat in casu fortuito vel in vitio materiæ  
probet. Aliud est si in coctura vel venditione cerevisiæ do-  
lus adhibetur atque ita mixtione aquæ cum cerevisia stel-  
lionatus committat crimen : A quo crimine multi hodie  
caupones forte etiam Marpurgi non sunt immunes : Illi  
adulteratores , qui vina optima vulgo venalia , calce , sulphu-  
re & aliis nocumentis corruptunt , ex quibus saepe arthri-  
tici hominibus oriuntur dolores , viscerum corrosiones , re-  
num cruces , abortus & sterilitas , si cum *Cantharo* capite ple-  
sterentur , pauci forte caupones hodiè super essent , Utinam  
nebulones hi cogitarent hos rythmos :

Die

Die Weinschenken an Gott nicht dencken/  
Fälschen den Wein/thun Einschlag darein  
Schwefel drein hangen / mit Wasser mischen/  
Nicht sparen die Kreiden/zu viel anschreiben/  
Noch muß man solches von ihnen leiden.

## Th. XXIX.

Disputationem hanc nostram inauguralem claudat  
quæstio hæc, *an aquæ frigide proba quæ explorandis beneficiis  
in Westphalia potissimum frequentata, licita sit & legitima?* Nos  
negamus hoc cum Herm. Gæhausen in peric. Academ. contra  
*Scribonium & alios hujus sententiae defensores: firmiterq;  
statuimus hanc probationem nullam esse & Magos indi-  
candi vim & virtutem nullam habere neque ex Dei ordi-  
natione in creatione, neque ex ulla aliqua speciali & recen-  
tiori institutione: non obstante quod pactione cum Dia-  
bolo inita suo baptismo renuntiavit benefica & ideo inter  
hanc & aquam antipathiam summam existere. Vide Rev.  
*Perkinsum in Βασιλεονομιᾳ seu tractatione de nefaria arte vene-  
fica.* Atque hic disputationem meam finio & gratias, Deo  
quas possum maximas ago quod mihi in studiis meis in  
hanc usque horam benignè adesse voluerit. Tu interim  
L. B. sereno vultu hæc accipe, & quæ fortè per Juventutem  
meam & ob ingenii tenuitatem prætermissa sunt ea pru-  
dentia tua supple & si quid humani congerendis hisce the-  
sibus sum passus, Judicii tui dexteritate tenuitatem meam  
adjuva:*

DEO SIT LAUS, HONOR ET  
GLORIA.

E 3

COROL-



## COROLLARIA.

I.

*Concubina in essentialibus & jure divino naturali est vera uxor.*

II.

*Factum Iuda & verba Gen. 38.v.23. Juri Ci-  
vili non Juri naturali conveniunt.*

III.

*Germanus & non exterus in Regem Rom. vel  
Imper. est eligendus.*

IV.

*Scribere ad Jus Publicum est fiti.*

V.

*Justinianus non necat infantes incestuosorum.*

VI.

*Juri Canonico non debet cedere jus civile, nec  
illud hoc abolere & corrigere debet.*

VII.

*A sede Papali est maximè attritum Roma-  
num Imperium.*

Fæne-

39

VIII.

Fæneratores ad sacram cœnam non sunt ad-  
mittendi.

IX.


Non omne quod secundum conscientiam fit,  
justum est.

X.

Universalis Monarchia nec est nec fuit, nec esse  
orbi expedit.

F I N I S.
















ere illa noluit, quod alibi significa-  
diuinarum antistiti plane hoc dari  
d æternæ hominum saluti intentus  
romoueret omni studio. Post Gre-  
tempora, quando maior pontificum  
œpisbet in Imperio, alibique passum  
dos quoque equestres, ex peculiari  
i particulam esse voluerunt, *quasi*  
*num*, & pericula animarum proueni-  
i inficiari haut licet, in torneamen-  
um serie abreptos fuisse sibi, qui  
ion debebant, nec pauca ipsorum  
nti annumerare possemus. Nulla  
raua intentio, non cædis, sed virtu-  
m iam pridem, ne imparati ad lu-  
diligentissime sibi prospicere tene-  
stri, de viatico cœlesti. Goldastus,  
itutionum, ad annum 135 CCC XXXIX, p.m. m.  
, sub sacramenti violatione, areæ e-  
se immittat, qui non prius expiane-  
& DEO se reconciliauerit. Atque  
e παρεσταντες, velut ex regula, obti-  
ennibus, ac necessaria erat, quia e-  
erunt antiquius, quam viuere iuxta  
& iura consueta. Neque dubitan-  
er ita prodierint instructi ad certa-  
quod & ante prælia in bellis, pari  
sacramenti adhiberent. Sic vero  
e, torneamenta publica, & quæ au-  
m instituebantur, nec pontificum  
nia impediri potuisse, quemadmo-  
Guelfico, Colonensi Florentii co-

Bb 3

mitis

c. i felic.  
X de torn.